



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Hidvlphvs Episcopvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

nensem vide. Anno 829. corpus S. Hermetis Romæ sub Gregorio IV. & Ludouico Pio Imperatore inuenitur, & in Basilicam S. Marci transfertur. Anno 851. corpus Roma Indam (quod nunc est Monasterium Benedictinorum S. Cornelio sacrum prope Aquasgrani in Diœcesi Coloniensi) transfertur, per Lotharium Imp. Ludouici Pij filii. Anno 860. die 6. Iulij S. Hermetis corpus Inda Rotnacum ad Basilicam Canonicorum, à S. Amardo Traiectensis Episcopo fundatam, est translatum per Ludouicum Imp. Lotharij iam nominati filium, qui & Reliquias SS. Cornelij Papæ, Cypriani Episcopi Carthaginensis, & S. Cælestini apud Rotnacenses deposuit amplâ dote additâ; adeò ut alter post S. Amandum Ecclesię Rotnacensis fundator Ludouicus Imperator à Rotnacensibus habeatur. Vide Miræum.

HIDVLPHVS EPISCOPVS.

HVnc claro Neruiorum genere ortum Pipinus Fran- *II. Julyi*
corum rex petente clero ac populo Treueris Episco-
pum constituit. Post aliquot autem annos cum tribus Mo-
nachis Spinulo, Ioanne, & Benigno, in Diœcesis Tullen-
sis siluam, quæ dicitur Vosagus, vel Vogefus secessit, ubi
& obiit. Vitam eius scripsit Bruno Tullensis Episcopus,
post Leo IX. nuncupatus, ut testatur Molanus in Auto-
grapho natalium Belgicorum; quod Louanij exstat apud
Philippum Zangrium Bibliopolam. Scripsit & idem Bru-
no de Hidulpho officium Ecclesiasticum. Claruit autem
in eo saltu non solum ipse Hidulphus, sed & sodales eius,
antenominati, variis miraculis.

HILDE-